Mythologia, Padoue, 1616 - 36 : Figure de Fortune et Vertu (les cornes d’abondance et le caducée) ; la Fortune sur une boule (l'Occasio)

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 78 : Figure de Fortune et Vertu (les cornes d’abondance et le caducée) ; la Fortune sur une boule (l'Occasio) *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 78 : Figure de Fortune et Vertu (les cornes d’abondance et le caducée) ; la Fortune sur une boule (l'Occasio) *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 29 : Figure de Fortune et Vertu (les cornes d’abondance et le caducée) ; la Fortune sur une boule (l'Occasio) *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 176
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024





ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ᾽ ἀνθρώπους ὁρᾶν;
ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην,
ψευδῆ δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,
τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;
Dicam viros te Iupiter ne cernere?
An fruſtra eos inuaſit illa opinio,
Quòd vſpiam ſit fortè dæmonum genus,
Fortuna cuncta cum regat mortalia?

Alii tantum vim facultatemque fortunæ tribuerunt, vt vitam omnium mortalium fortunæ ludum eſſe crediderint, ſicuti ſcriptum reliquit Palladas in his carminibus:

Παίγνιόν ἐστι τύχης μερόπων βίος, οἰκτρὸς ἀ-
λήτης.
πλούτου καὶ πενίης μεσσόθι ῥεμβόμενος.
καὶ τοὺς μὲν κατάγουσα πάλιν σφαιρηδὸν ἀείρει.
τοὺς δ᾽ ἀπὸ τῶν νεφελῶν εἰς ἀίδην κατάγει.
Vita hominum ludus fortunæ eſt, & miſer error.
Inter pauperiem nauigat, inter opes.
Atque pila in morem nunc hos ab ſydera tollit.
Elatos & nunc tartara ad ima iacit.

Quamuis idem poſtea Euripides factus ſanioris mentis, vel minus inſanam perſonam introducens in Electra, Fortunæ autores & moderatores Deos introduxit, illamque Deorum miniſtram:

θεοὺς μὲν ἡγοῦ πρῶτον Ἠλέκτρα τύχης
ἀρχηγέτας τῆσδ᾽, εἶτα κἄμ᾽ ἐπαίνεσον
τὸν τῶν θεῶν τε, τῆς τύχης θ᾽ ὑπηρέτην
Deos putato Electra fortunæ prius
Iſtius autores fuiſſe, poſtea
Laudato Fortunæ miniſtrum me, & Deum.

Scriptum reliquit Pauſanias in Achaicis Fortunam vnam eſſe è Parcis quæ potentia cæteras ſorores antecelleret. quare & Orpheus illi vniuerſę vitæ humanę poteſtatem & adminiſtrationem ita tribuit:

ἐν σοὶ γὰρ βίοτος θνητῶν παμποίκιλός ἐστιν.
Ipſa regis variam mortalem numine vitam.

Hanc potentiſſimam & rerum omnium moderatricem ſignificauit Demoſthenes in his oratione ad epiſtolam Philippi: μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. *Magnum enim quid eſt momentum rerum, vel potius totum eſt fortuna ad omnia hominum negotia.* Cum de illa mentionem feciſſet Homerus non tamen tantum autoritatis potentiæque tribuit, quantum poſterorum pleriq., quippe cum Diis cæteris propria officia conceſſiſſet. Sequentibus poſtea temporibus quidquid fieret, cuius cauſa eſſet occulta, illud Fortunæ imputari cœpit, quare Plutarchus in libello de fortuna Romanorum multa cognomina ab euentu illi indita fuiſſe memorat. Illud autem idcirco contingit, quia multa fiunt fortuna ſapientię perſimilia, vt eſt apud Athenæum in carminibus Ionis quorum eſt ſententia:

Lon-

Digitized by INTERNET ARCHIVE · Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7755?context=pdf